

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas Marito suo desideratißimo ... Dn: Christophoro Tileken/ civi huius urbis primario Vidua relictā ... paratas cupit, Cives Academicos ... invitat

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826964>

Druck Freier  Zugang



Cothmann, J.,
in C. Tieleke. *Tielcke*
Rostoch. 1639.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826964/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826964/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826964/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826964/phys_0004)

DFG

H. 53.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiae Doctor &
Professor.

AD EXEQUIAS

Quas

Marito suo desideratissimo, Viro Integerrimo
& Doctissimo

Dn: CHRISTOPHORO
STEGEN/ civi hujus urbis
primario

Vidua relicta mæstissima paratas cupit,
Cives Academicos in B. Mariæ Virginis ædem
ad horam secundam efficiolè invitat.



OS(O)S

ROSTOCHII,
Literis NICOLAI KILI, Acad:Typ.

Anno M DC XXXIX.

The image shows a single, aged page from a book. The paper is light brown and heavily discolored, with dark brown stains and foxing throughout. The text is printed in a large, decorative font, though it is very faded. The layout consists of two columns of text. The top half of the page contains the following text:

RECTOR
JOHANNES GOTTMAN
S. T. P. Ecclesiasticus Dogmata
CHRISTOPHERUS
C. G. R. I. S. L. O. P. H. O. R. O.
S. C. E. D. G. M. Chrysostomus His
(O)

The bottom half of the page contains:

ROSTOCHEM
T. B. NICOLAI ET I. V. T. B. NICOLAI ET I. V.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
JOHANNES COTHMAN,
S.S. Theologiz Doctor
& Professor.

Nter Epitheta
quibus Poëtæ mortem
describunt, quod sit crudelis
violentia, importuna, immi-
tis, &c. Ultimum certe non
est, quod sit avida, in expleta, avara. Hanc
suam avaritiam & aviditatem nudius tertius de-
monstravit è medio tollendo matronam ho-
nestissimam, Occconomam fidelissimam, mari-
ti moestissimi unicum in terris solatium. Sed
quia avaro tam deest quod habet, quam quod
non habet, ideo mors in explebilis, non con-
tentata morte matronæ honestissimæ, etiam ma-

I 2

rito

rito viduz relictæ mœstissimæ obscuras suas &
avaras injicit manus. Scilicet juxta pœnam:
Omne sacrum mors importuna prophanat.
Omnibus obscuras injicit illa manus. Avarus
enim portitor omnes exspectat, & æquo pede
pulsat pauperum tabernas, regumq; turrem.
Nam mista senum ac juvenum deosantur fu-
nera, nullum sœva caput proserpina fugit.
Imo mors & fugacem persequitur virum.
Nec parcit imbellæ juventæ poplitibus, timi-
doq; tergo. Neq; ulla est, aut magno aut
parvo leshi fuga. Tendimus enim hue omnes;
quia fata manent omnes, & metam prope-
ramus ad unam: omnia enim sub suas leges
mors atra vocat. Dictorum horum verita-
tem comprobat Vir Integerrimus, ac Hone-
stissimus Dn. CHRISTOPHORUS Eile-
fe/ Civis hujus urbis primarius. Qui cum in
hanc lucem prodijset Anno 1600. à parenti-
bus, benè nato filio cupientibus, per Ba-
ptismum Christo adductus est. Cum enim
generatio fiat secundum naturam, non vero
secundum gratiam. Pij enim parentes,
non secundum Spiritum & interiorem ho-
minem, sed secundum carnem & exteriorem
ho-

hominem liberos generant. Iudæus namq; in
veteri Testamento circumcisus, non Iudæum
genuit circumcisum, sed suo tempore cir-
cumcidendum. Ut enim grana à folliculis
exactè purgata producunt, non sine, sed cum
folliculis grana. Ita homo Christianus non
producit sanetum & pium. Quippe cum
non generatio, sed regeneratio faciat propriæ
loquendo Christianum. Proinde ut dictum
est parentes defunctum nostrum ordinario re-
generationis medio imbuī curarunt. Avum
paternum habuit ANTONIUM Zillken /
Illustrissimo ac Celsissimo Principis ac Do-
mino, Domino HULDARICO &c. beatissi-
mæ memoriæ, operam suam ac fidelitatem
addicentem ac probantem. Aviam vero pa-
ternam MARGARETAM ISEBE-
NIAM foeminam lectissimam. Pater ipsi
fuit Vir Spectatissimus Dn. JOHANNES
Zillken/civis dum vivebat urbis hujus prima-
rius, ac templi Mariani antistes fidelissimus.
Mater verò ANNA RADENIC, civis &
mercatoris in hac urbe primarij, & ANNÆ
DOSSIÆ, ex præcipua civitatis hujus DOS-
SIORUM familia oriundæ filia. Natus in hanc

lucem defunctus noster, ab ipsa pueritia, ad
pietatem & literarum studia arimum applicuit
usus ea in re fideliſſimis præceptoribus. Post
quam annum complevit ætatis decimum o-
ctavum, consentientibus parentibus in Mis-
niā superioris Saxonie provinciam, inter
Salam & Albis fluvios positam missus est. Quam
olim teste historico Hermanduri & Sorabi Sclau-
vorum natio habuerunt. In illa provincia
& urbe quidem provinciae cognomini, annum
substitit, & Scholam illam celebrem Misnicam
frequentavit. Elapso annuo spatio, merca-
tores illos infimi generis, sed tamen ad altiora con-
tententes imitatus est. Proinde jactis
partim in Schola patria, partim Misnica pri-
mis literarum fundamentis, ad altiora con-
dit, & celeberrimam ac in toto orbe notissi-
mam Wittebergensem Academiam visitavit,
ibidemq; ne transfuga quasi in Misnarum ca-
ſtra videretur, per biennium integrum substi-
tit. Witteberga reversus domum rediens, pa-
trios lares petiit, & ne in eosdem injutius vide-
retur, per integrum annum ibidem commora-
tus est. Quoniam vero in Belgio, patre con-
sentiente, studia alibi cæpta continuare voluit,

Lei-

Leidam uberioris studiorum mercatus gratia
profectus est. Ubisimiliter per biennium vi-
xit, ac studijs invigilavit. Quia vero non una
studiorum meta est, postquam defunctus est,
scopum suum quem intendit attigit & tandem
navem in portum deduxit, relicta vita coelibri,
conjugalem elegit. Accepit vero ex animi
sententia conjugem, virtutibus sexum illum,
exornantibus maxime conspicuam. CATHA-
RINAM Lepelers / Viri Honestissimi Dn. NI-
COЛА Lepelers / civis urbis hujus praecipui
relictam filiū, cum qua 1628. I. Decembris fe-
lici sydere nuptias celebravit. Conjugium
equidem optatum fuit, sed tamen aliqua ama-
ritudine aspersum, per integrum enim ferme
annum, mortis prodromum, morbum scilicet
sensit. Qui licet vires corporis non uno im-
petu invalerit, factum tamen est, ut pridię
ascensionis, qui fuit 22. Maij illius violentiam,
senserit ac defunctum nostrum ita aggressus sit,
ut ipso die pentecostes animam suaviter exha-
laret. Cum vero relicta vidua in oestissima de-
functo suo marito funus hodie parare decreve-
rit. Proinde à vobis civibus Academicis o-
nnium ordinum honoratissimis enixè petis,
mari-

marito suo dilectissimō, quondam ordinis nostri literarij alumno, & etiamnum dum vivebat sicut aliud vitæ genus elegerit fautori egregio, ultimum exequiarum honorem præstare dignemini. Facietis eo ipso non solum humanitatis officium, homine Christiano resurrectionis ad vitam æternā spem habente digno, sed & simul alios ordini nostro faventes, ad idem humanitatis officium nostro ordini redendum instigabis. Fiet autem conventus in æde Mariana ad horam secundam, P.P.
sub sigillo Universitatis 5. Junij
Anno 1639.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776826964/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826964/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826964/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826964/phys_0016)



Leidam uberioris studiorum
profectus est. Ubi similiter, p-
xit, ac studijs invigilavit. Quo
studiorum meta est, postquan-
scopum suum quem intendit a-
navem in portum deduxit, rel-
conjugalem elegit. Aceperit
fententia conjugem, virtutibus
exornantibus maxime conspic
RINAM Lepelers / Viri Hone
COLAI Lepelers / civis urbis
relictam filiū m, cum qua 1628.
sici sydere nuptias celebravit
equidem optatum fuit, sed tam
ritudine aspersum, per integrum
annum, mortis prodromum, n-
sensit. Qui licet vires corporis
petu invalerit, factum tamen
ascensionis, qui fuit 22. Maij illi
fenserit ac defunctum nostrum
ut ipso die pentecostes animam
laret. Cum vero relicta vidua
functo suo marito funus hodie
rit. Proinde à vobis civibus
mūnium ordinum honoratissim



the scale towards document

gratia
im vi-
n una
is est,
ndem
elibi,
animi
lum,
THA-
. NI-
cipui
ris fe-
jum,
ama-
ferme
ilicet
o im-
idie
iam,
s9 sic,
exha-
na de-
reve-
is o-
petit,
mari-